



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum diaconi possint hoc sacramentum conferre? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

cau necessitatis, ex diuina dispensatione factum est,  
vt nulli regenerationis spiritualis facultas desit.

Ad primum ergo dicendum, quod oratio illa non  
fit a sacerdote in persona sua, quia cum sit quandoque  
peccator, non esset exaudibilis: sed fit in perso-  
na totius Ecclesie, in cuius persona orare potest quasi  
persona publica, non autem laicus, qui persona pri-  
vata est.

Ad secundum dicendum, quod illaeunctiones non  
erant sacramentales: sed ex quadam deuotione reci-  
pientium talem unctionem, & meritis vnguentum  
vel oleum mittentium, conseqüebatur effectus sani-  
tatis corporalis per gratiam sanatum, non autem  
per gratiam sacramentalem.

## ARTIC. II.

Vtrum diaconi possint hoc sacramentum conferre?

124

A D secundum sic proceditur. Videtur, quod Dia-  
coni possint hoc sacramentum conferre. Quia  
secundum Dion. Diaconi habent virtutem purgati-  
vum. Sed hoc sacramentum est institutum tantum  
ad purgandum ab infirmitate mentis & corporis. Ergo  
& Diaconi possunt conferre.

c. 5. ccl.  
hierar.p.  
1. circa  
med.

<sup>¶</sup> 1 Præterea, Dignius sacramentum est Baptis-  
mus quam hoc, de quo hic agimus. Sed Diaconi pos-  
sunt baptizare, vt patet de beato Laurentio\*. Ergo  
& possunt hoc sacramentum conferre.

\* vt etiā  
diūlū est  
3.P. q. 67  
ar. 1. ad

S E D contra est, quod dicitur Iacobi 5. Inducat  
presbyteros Ecclesiæ.

3.  
1. ccl. Trt.  
scff. 14. ae  
sacr. ext.  
unctionis  
c. 3. & ca-  
none 4.

RESPONDEO dicendum, quod Diaconus habet  
vim purgariam tantum, non illuminatiuam. Vnde  
cum illuminatio fiat per gratiam, nullum sacra-  
mentum quo gratia confertur, Diaconus potest dare ex  
officio: & ideo nec hoc cum in eo gratia conferatur.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc sacramen-  
tum illuminando per gratiam collationem, purgat. Et  
ideo Diacono eius collatio non competit.

Ad secundum dicendum, quod hoc sacramentum  
non est necessitatis sacramentum, sicut baptismus:  
vnde

vnde non ita committitur dispensatio eius omnibus  
in articulo necessitatis, sed solum illis quibus ex officio  
competit. Diaconis autem, etiam baptizare non  
competit ex officio.

A R T I C . III.

Vtrum solus Episcopus possit hoc sacramentum  
conferre?

125

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod solus  
Episcopus possit hoc sacramentum conferre.  
Quia hoc sacramentum vocatione perficitur, sicut &  
confirmatio. Sed solus episcopus potest confirmare.  
Ergo solus Episcopus potest hoc sacramentum con-  
ferre.

¶ 2 Præterea, Qui non potest quod minus est, non  
potest quod est maius. Sed maior est vius materie  
sanctificatae, quam sanctificatio eius: quia est finis ipsius.  
Ergo cum sacerdos non possit sanctificare mat-  
riam, nec potest materia sanctificata uti.

SED contra, Huius sacramenti minister inducendus  
est ad eum qui suscipit sacramentum: ut patet Iac. 5.  
Sed Episcopus non posset accedere ad omnes infirmos  
sua diœcesis. Ergo non solus Episcopus potest hoc  
sacramentum conferre.

RESPONDEO dicendum, quod secundum Dion.  
Episcopus propriè habet perficiendi officium, sicut sa-  
cerdos illuminandi: vnde illa sacramenta dispensan-  
da solis Episcopis reseruantur, quæ suspicentem in  
aliquo statu perfectionis super alios ponunt. Hoc au-  
tem non est in hoc sacramento, cum omnibus detur.  
Et ideo per simplices sacerdotes potest administrari.  
Ad primum ergo dicendum, quod confirmatio im-  
primis characterem, quo collocatur homo in statu  
perfectionis, ut supra dictum est. Non autem hoc est  
in hoc sacramento; & ideo non est simile.

Ad secundum dicendum, quod quamvis in genere  
causa finalis, vius materie sanctificatæ sit posterior quam  
sanctificatio materiae: tamen in genere causa efficien-  
tis sanctificatio materiae est prior: quia ab eadema  
pendet

e. 5. eccl.  
hier. p. 1.  
a med. et  
in tit. co-  
templ.  
in 4 d. 7.  
a. 1. q. 3.  
eo. et ibi-  
dem art.  
q. 2. ad 1  
q. 1. &  
a. 2. q. 3.  
ccrp et 3.  
q. q. 6.  
ar. 6. &  
q. 72. a. 1  
& 5.